BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 160r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek





bosor repente et occupauit ciui
tatem et occidit omnem mascu
lum in ore gladii. Et accepit om
nia spolia eorum et succendit
eam igni. et surrexerunt inde noc
te et ibant usque ad municionem
Et factum est diluculo cum alle
uassent oculos suos. ecce populus
multus cuius non erat numerus
portantes scalas et machinas.
ut comprehenderent municionem
et expugnarent eos. Et uidit
iudas quia cepit bellum et clamor
magnus belli ascendit ad celum
~~et dixit exercitui suo~~ sicut tuba
et clamor magnus de ciuitate et
dixit exercitui suo. Pugnate ho
die pro fratribus uestris. et ue
nit tribus ordinibus post eos.
Et exclamauerunt tubis. et clama
uerunt in oratione. Et cognouerunt
castra thymothei. quia macha
beus est. et fugerunt a facie eius
et percusserunt eos plaga magna
et ceciderunt ex eis milla die fe
re octo milia uirorum. Et diuer
tit iudas in uias phat. et expu
gnauit et cepit eam. et occidit in
ea omnem masculum. et sump
sit spolia eius. et succendit eam
igni. Et inde perexit. et cepit cas
bon. et maget. et bosor. et reliquas
ciuitates galaditidis. Post hec
autem uerba congregauit thimo
theus exercitum alium et castra
posuit contra raphon transcor
rentem. et misit iudas specula
ri exercitum. et renuntiauerunt
ei dicentes. quia conuenerunt
ad eum omnes gentes que in cir
cuitu nostro sunt. et exercitus eius
multus nimis. et arabas conduxe
runt in auxilium sibi. et castra posu
erunt transcorrentem parati ue
nire in prelium. Et abiit iudas ob
uiam illis. Et ait thymotheus.
principibus exercitus sui. Cum
appropiauerit iudas et exercitus eius
ad torrentem aque si transierit
ad nos prior non poterimus sustinere
eum. quia potens poterit aduer
sum nos. Si uero timuerit tran
sire et posuerit castra citra flu
men. transfretemus ad eos. et poteri
mus aduersus eum. XV

Ut autem appropinquit iu
das ad torrentem aque
statuit scribas populi
secus torrentem. et mandauit
eis dicens. Neminem hominem
reliqueritis. sed ueniant omnes
in prelium. Et transfretauit ad
illos prior. et omnis populus post eum
Et contrite sunt a facie eorum
omnes gentes. et proieterunt
arma sua et fugerunt ad pha
num quod ~~est~~ in carnaim erat
Et occupauit ipsam ciuitatem
et fanum succendit igni cum omni
bus qui erant in ipso. et oppressa
est carnaim. et non potuit sustinere
contra faciem iude. Et congre
gauit iudas uniuersos israelitas
qui erant in galaditide a mini
mo usque ad maximum. et uxores
eorum et natos. et exercitum

160